

munerum grauitas haectenus hunc
TVVM in me Fauorem plane sin-
gularem imminuit, imo potius con-
firmauit; vnde factum, vt TVI
amoris in me tot haectenus docu-
menta perceperim, quot vix ex-
pectare poteram. Noli ergo mi-
rari, me auide expectasse occasio-
nem, eamque arripuisse lubentissi-
me, quo TIBI meam obseruantiam
meumque in TE animum publice
ostendere atque declarare potue-
rim. En ergo causam, cur exi-
guum huncce libellum TVO no-
mini dicauerim. Esto ille testis,
quamuis exiguus, animi mei ad-
fectus, quo semper TE colui TE-
que veneratus fui. Accipe ergo
eun-